

**Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D.
Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

Mezger, Paul

Augustæ Vindelicorum, 1695

§. I. Astruuntur tres subsistentiæ relativæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73455](#)

7. Tertio ex mysterio Incarnationis.
 8. Objecta testimonia SS. PP.
 9. Non excludunt subsistentiam relativam.
 10. Disparitas inter subsistentiam creatam & in-
 creatam.
 11. Natura Divina relatione paternitatis sit in-
 adequate incommunicabilis.
 12. An & quomodo subsistentia sit ultimus ter-
 minus?
 13. Relationes sunt rationes subsistenti incommu-
 nicabilitatis.
 14. Adfringit una subsistentia absoluta.
 15. Proper perfectatem independentia, quam exis-
 tencia non potest tribuere.
 16. Nec aliqua forma relativa.
 17. Deus ut praintellecitus relationibus habet ra-
 tionem suppositi.
 18. Non si prorsus idem hypothesis & subsistentia.
 19. Altius notionalis non procedit nisi a principio
 nationali.
 20. An Deus praintellecitus relationibus possit di-
 ci persona.

§. I.

Astruuntur tres subsistentiae relatives.

Alia est controversia de subsistentiis, ubi quæ-
 situr, utrum tres Divina Personæ solum sub-
 sistant tribus distinctis subsistentiis relativis? vel
 tantum per unicam subsistentiam absolutam? vel
 utrum prater tres relatives singulis Personis pro-
 prias, etiam una absoluta subsistentia sit admitten-
 da, qua sit communis omnibus 3. Personis. Da-
 ri solummodo unam absolutam subsistentiam do-
 cent Durandus in 1. dist. 1. 3. q. 2. Capreolus in 1.
 dist. 20. q. 1. a. 1. Pro eadem citatur Scotus in 1.
 dist. 1. q. 2. Eadem novissime tueretur Eminent.
 Agnitus to. 2. dist. 78. sc. 1. & seq. Dari tan-
 tum tres relatives, nullam absolutam docet Vasq.
 dist. 15. c. 4. prater Alenem, Bonaventuram,
 aliosque antiquiores. Dari unam subsistentiam
 absolutam prater tres relatives docet Cajetanus,
 Alvarez, Godoyus, Gonet, Serra, Salmanticensis,
 aliquis Thomistæ, cum quibus sentiunt Mo-
 lina, Suárez, pluteusque RR.
 2. Pro resolutione questionis præmitendum est,
 subsistentia hic sumi abstractè non pro suppo-
 sitio subsistence, ut hypothesis apud Græcos acci-
 pitur, sed pro constitutivo ipsius, seu ratione
 subsistentiæ, qua duo munia inadæquata includit.
 Primum est, ut tribuat naturam independentiam
 ab alio subsistentiæ, non tantum ut subiecto,
 sed etiam ut supposito. Secundum est, ut na-
 turam reddat incommunicabilem alteri. Illa
 quippeat S. D. hic q. 29. a. 2. *subsistere dicimus,*
qua non in alio, sed in se existunt.

Est portio duplex modus in alio existendi, unus
 dependentia, quatenus in suo esse dependet ab
 alio, vel ut subiecto, quemadmodum accidentia
 pendent à subiecto; vel ut supposito suspen-
 tante, quòd modò substantia creata penderet à sup-
 positio. Alter modus in alio existendi, est per
 medium communicationis, sicut anima rationalis
 est in materia, quanvis in suo esse non depen-
 dent ab ipsa.

R. P. Merz. Theol. Schol. Tom. I.

Iaque subsistentia adequatè spectata utrum-
 que modum in alio existendi removere debet,
 partim tribuendo naturæ independentiam à su-
 stentante, partim reddendo ipsam alteri supposito
 saltem extraneo incommunicabilem.

CONCLUSIO I. In Divinis dantur tres sub- 3.
 sistentiae relatives.

Probatur primo Authoritate. Nam in sexta
 Synodo act. 11. dicitur: *Sanctissima Trinitas nu-
 merabilis facta est personalibus subsistentiis.*
 Nec latius facis huic testimonio, si dicas, subsistentia
 accipi concretè pro subsistente, seu supposito:
 nam contraria est primò: quòd redderetur sensus
 nugatorius, esset enim idem ac dicere, SS. Tri-
 nitatem numerari tribus personalibus personis.
 Secundò, Illud ipsum concretum subsistentis
 & suppositi substantiæ accepti habet pro ratio-
 ne formalis constitutiva & abstracta subsistentiæ:
 ergo multiplicato concreto substantivo
 subsistentis & suppositi, necesse est multiplicari
 subsistentiam. Si replies: abstractum sup-
 positi esse suppositatatem.

Contrà est: quòd hæc ipsa suppositatitas non
 possit accipi nisi pro perfectate incommunicabilitatis,
 quā solā distinguuntur personæ subsistentes:
 atqui subsistentia relativa est hæc ipsa per-
 fecta incommunicabilitas: ergo nisi litigium
 de nomine moveas, nobiscum sentis & lo-
 queris.

Eodem sensu D. Ambrosius in Symbol. Apost. 4.
 c. 2. *Catholicum est, inquit, ut & unum DEUM*
 secundum unitatem subsistentie fateamur; & Pa-
 trem & Filium, & Spiritum S. in sua quem-
 que subsistentia sentiamus. Damasc. I. 1. fid.
 c. 9. *Filius propriam habet subsistentiam preter*
eam, que Patris ej. Angelicus Doctor hic q. 29.
 a. 2. ad 2. *Dicendum, quid sicut nos dicimus in*
Divinis tres personas, & tres subsistentias, ita
Græci dicunt tres hypotheses.

Cum ergo dicta Conciliorum & SS. PP. in
 proprio sensu sint accipienda, quid urget, ut ab-
 stractam vocem subsistentia impræcipi vel pro
 concreto suppositi, vel pro personalitate ca-
 piamus? cum insuper in utroque tam in sup-
 posito, quam personalitate intime, & tanquam
 formalis constitutivum includatur?

Probatur ratione primo. Multiplicato con- 5.
 creto substantivo, multiplicatur quoque forma
 significata, & multiplicitate constituto multiplicatur
 forma constituens: *led suppositum lev subsi-
 stens est concretum substantiale, uti & Perso-
 na, & sicut Persona personalitate; ita subsistens*
 vel suppositum constituitur subsistentia: ergo
 sicut ad multiplicationem Personæ personalitas;
 ita ad multiplicationem suppositorum, & sub-
 sistentium multiplicatur subsistentia: præfertim
 cum personalitas & subsistentia (velut etiam
 suppositum & persona) non distinguantur, nisi
 in quantum personalitas & hypothesis subsisten-
 tia superaddunt dignitatem naturæ rationalis.

Ratio est secundò. Multiplicato effectu for- 6.
 mali, debet etiam forma ipsa multiplicari: sed
 effectus formalis subsistentia, qui est incom-
 municabilitas, multiplicatur in Divinis Perso-
 nis, ut fide certum; ergo & subsistentia.

G g

Quod

Quod porrò ista subsistentia necessariò sint relative, inde liquet: quia nulla distinctione & incommunicabilitas in Divinis provenit à forma aboluta, cùm ut sèpe dictum, aboluta sint communia, & ratio distinctionis sit oppositio relativa.

7. Ratio est tertio. Nisi Divinæ Personæ subsistent per subsistentias relatives inter se realter distinguuntur, non esset ratio, cur Verbum potius fuerit incarnatum, quā tota Trinitas: consequens est absurdum: ergo. Sequela probatur. Si unio Humanitatis ad Verbum immediate facta est in aliquo communi omnibus Personis, non est ratio, cur non omnes Personæ sint incarnatae; sed negatis subsistentiis relatives, unio immediata fuisse facta in aliqua aboluta subsistentia, communi omnibus Personis: ergo.

§. II.

Solvuntur objectiones.

8. Objecies primò. Multas Authoritates PP. qui assertur subsistentiam esse formam constitutivam substantie, quæ ipsi tribuit formam effectum per se existendi. Unde sicut ratio substantia & existentia per se est immutabilis in Divinis, ita & subsistencia. Ita S. Augustinus. l. 7. de Trinit. c. 5. *Sicut ab eo, quod est esse, appellatur essentia, ita ab eo, quod est subsistere, substantiam dicimus: absurdum est autem, ut substantia relative dicatur: Omnis ergo res ad seipsum subsistat, quantum magis DÉUS? &c. S. Anselmus per se existere & subsistere accipit pro codem: monol. c. 5. Summa essentia & summè ens, h. c. summè existens, sive subsistens non dissimiliter sibi convenient, quā lux & lucere, & lucens, &c. 44. Ita (Pater) gignendo dat Filio essentiam habere, & sapientiam, & vitam in sempiterno, ut non per extraneam, sed per suam essentiam subsistat, sapientiam & vivat. D. Thomas q. 9. de pot. a. 5. ad 13. proprietates personales habent, quod subsistit ab essentia, & præced. q. 8. a. 3. 7. & 9. Dicendum, quod relatio, ut dictum est, distinguunt, in quantum est relatio, constituit autem hypostasin, in quantum est Divina essentia. Tandem hic q. 29. a. 2. dicit, ex eo, quod res aliqua per se existit, vocari subsistentiam. Illa enim subsistere dicimus, quæ non in alio, sed in se existunt. quæ, inquit Eminentis. Aguirre, adeo manifesta sunt, ut vix interpretationem in oppositum patiantur.*

9. Respondeo, hæc omnia efficaciter probare, quod admittenda sit subsistentia aboluta, qua tribuit formalē effectū per se & non in alio existendi, seu perfectatem independentem, quam sequenti §. astruimus; non autem probare nullam esse admittendam subsistentiam relativam quoad effectū formalē & perfectatem incommunicabilitatis, quæ cùm in suppositis creatis sit effectus formalis subsistentie, non est, cur excludatur in Divinis.

10. Objecies secundò ex ratione. Subsistentia in creatis est forma aboluta, etiam quoad effectū incommunicabilitatis: ergo similiter in Divinis.

Respondeo negando consequentiam, & dico, quod subsistentia ratio quoad effectū incommunicabilitatis secundum se praescindit ab absoluto, & respectivo, ita ut vi sua formalis rationis exigitive nec sit aboluta, neque respectiva; permisive tamen utrumque. Et in creatis quidem est forma aboluta, quia creata propter suam finitatem & limitationem etiam per prædicatam abolutam à le invicem distinguuntur; in Divinis vero est forma relativa, quia ibi propter oppositam infinitatem & illimitationem solidum ex prædicatis relativa oppositis potest esse distinctio.

Inquis. Quo pacto Natura in Patre subsistentis erit communicabilis Filio, si per paternitatem facta est incommunicabilis?

Respondeo. Naturam Divinam, ut terminatam per paternitatem, non fieri adequate, sed inadäquate; nec omni, sed aliquo modo incommunicabile: idéoque licet absolute natura Divina in Patre subsistentis sit communicabilis: sit tamen incommunicabilis eo modo, quo est in Patre. In Patre igitur, & prout terminata paternitate, est ut omni modo à le habita, & ut principium generandi, quo modo non est incommunicabilis Filio. Rursum in Filio est natura ut ab alio habita, & ut solidum figurativè communicabilis, quo modo non communicatur Spiritui Sancto. In Spiritu Santo dum est ut ab utroque habita, & nullus productionis principium, siveque est omnino incommunicabilis.

Objecies 3. Ed quod existentia sit ultimus terminus naturæ Divina in linea offendit, non potest ipsi superaddi alia existentia relativa ergo pariter, quia subsistentia est ultimus minus naturæ in linea subsistendi, non potest ipsi advenire alia subsistentia relativa.

Respondeo distinguendo consequens modo est ultimus terminus, concedo, quod modo non est, nego, & sic, quia subsistentia non personalis & aboluta est ultimus terminus in linea subsistendi independenter, in eodem linea non admittit aliam subsistentiam, concedo, in diversa linea nempe subsistentie incommunicabiliter, nego consequentiam; licet enim datur subsistentia dans effectum & perfectam subsistendi incommunicabiliter.

Objecies quartò. Admissis subsistentiis relativis, proprietates relatives essent Divina effectus rationes subsistendi: sed hoc repugnat doctrina Doctoris Angelici primum allegato, negantis, quod relations sunt rationes subsistendi Divina effectus.

Respondeo. Distinguendo sequelam majoris, essent rationes subsistendi incommunicabiliter, concedo, independenter, nego, illud negat S. Doctor, illud admittit in testimonio pro nostra sententia adducto num. 4. & mox in sequenti §. referendis.

§. III.

Astruitur subsistentia aboluta.

CONCLUSIO II. Quoad formalē effectū & perfectam independentem datur in DEO